

צבי הים המוצק

SIVE

DISSERTATIO III.

PHILOLOGICO-MATHEMATICA

DE

**MARI ÆNEO TEM-
PLI SALOMONEI,**

REPRÆSENTANS EIVS ORNATVM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPÆ AC DOMINO

Dn. GVILIELMO HENRICO

SAXON. JVL. CLIV. MONT. ANGAR. ET

WESTPHALIAE DVCE ETC.

IN ILLVSTRI SALANA

BENIGNO SVPERIORVM CONSENSV

VENTILANDA

PRÆSIDE

M. ALBERTO FRIDERICO FREYERO,

RESPONDENTE

JO. MICHAELE KLINGER,

ERMEZHOFIO - ANSPACENSI.

AD D. FEBR. ANNI C^o CCXVIII.

JENÆ,

TYPIS WERTHERIANIS.

25. 11. 525
EVA
DIASTATATIS MANTAMATICO
THEOLOGICO-MANTAMATICO
DE
MARIE ENEO TET
PPI SALOMONI
RECOLLE MAGNIFICENSIMO
ABBREVIA TITULUS COMMUNICARE DEDICATO
D. GATHMO HENICO
SAXONIAE MONTE MERICI ET
AESTHONIE DUCET
IN ITALIA TRIJANAE
TANNOVIA SUPER CAVIA CONFERVA
ANTIPATER
ALBERTO LANDRICO LITIFERO
DE MICHAEL RINGER
THERAPY OF
D. THERAPY OF
THERAPY OF
THERAPY OF
THERAPY OF



Q. D. B. V.

Sequitur MARIS AENEI Ornatus, quem, spero,
ad textus dictamen expressi tantum, quantum
de eo reperire licuit. Tribus observationibus
omnia absolvuntur; quarum I. Colocynthides
& capitula bovina, II. fulcrum & boves infra
mare III. Cupam inferiorem considerat.

OBSERV. I.

De

COLOCYNTIS ET CAPITELLIS
BOVINIS.

S. I.
VNI hæc includo observationi, nec sine jure: Vi-
deas enim quamplurimos, aut confundentes
בְּקִרֵּת פָּעַם & adeoque pro uno eodem
que maris ænei ornamento habentes; aut saltem ita
conjugentes, ut vel ex colocyntis capitella boum pro-
minuisse, vel iis insculpta fuisse putent.

A 2

§. 2. Qui

§. 2. Qui textum libri Regum contulerit cum parallelo libri Paralipomenon, ut vocant, loco, mirabitur forte, quod libri Regum verba מתחת לשפטו ופקים מתחת, scriptor loci illius Libri Paralipomenon efferat per סבר בקירות תחת לו. Sive enim credas, Scriptorem horum consciente fuisse Scriptoris & rerum libri Regum; sive eundem eodem cum illo tempore, infirmum, an, vel quid alter scriberet, suam historiam confecisse statuas, hæsitabis.

עشر באמוץ מקומות אהן הים juxtaputa plerorumque versionem: decem in cubito ambeabant mare: si Arithmeticorum regulis summam omnium colocyntharum sive imaguncularum bovinarum circumeuntium totum mare, 30. cubitorum peripheria circumscriptum, velut indagare, deprehendatque 300. unius ordinis sive colocynatas, sive imagunculas, vel etiam ordinum duorum, aut proportioni architectonica male respondere, aut, quod de imagunculis valet, usui, qui communiter adsignatur, scilicet aquarum per tubulos promissioni, non esse accommodatas, cum hoc modo aquæ plus emitteretur, quam immitteretur, dubia omnia videbuntur & incerta.

§. 4. Si quis denique ulterius scrutabitur usum colocyntharum, aut capitellorum, quia nullus in textu adsignatus est, anxius hærebit, in varias partes vacillans.

§. 5. Quis vero inde non prævidet, tractationem hanc de colocynthis & imagunculis bovinis, tribus absoluti momentis, & questionibus QVID, QVOT, QVOR-SVM? videlicet, Quid sint פקיעין & בקוריין & num.

num ea sint diversa? Quot singulorum fuerint? & quorū sum sive cui usui confecta?

§. 6. Quid. שְׂעִיר significant, & de eorum figura dictum est in diff. I. obs. VI. Ibi, quia tantum non omnes per *colocynias* reddunt, harum descriptionem ex ATHENÆO adduximus, ubi Κολοκύνθη συκία Ἰνδική dicitur: quibus nihil addendum censeo, nisi quod hæc figura egregie confirmetur iis, quæ in πολυμαθεσάρι IOBI LVDOLFI Hist. Æthiop. Lib. I. c. IX. §. 21. & in Commentario Eusdeni ad h. l. de *ficus Indica*, 阿拉比. Arabibus dicta, docte collecta leguntur; inter alia §. 21. Hist. *quinquaginta ficus CVCVMERIS MAGNITUDINE ET FORMA de uno caule dependent.* Vbi observa, dum apud ATHENÆVM videtur *ficus Indica* pro ipsis colocynthis haberet, illud quidem nobis non persuaderi, cum *ficus Indica* dictæ gratus & odor celebretur & sapor, colocyntarum autem 2. Reg. IV. 39. venenosus è sapore statim integrato cognitus, effectus allegetur: Vnde & Chrysippus Medicus damnabat eas in cibis, Plin. L. XX. c. 3. H. N. Sed tamen inde infallibilem deprehendi credimus. τῶν שְׂעִיר figuram, quæ *fici Indica* tam prope accedit, ut pro eadem ab EVTHYDEMO apud ATHENÆVM colocynthæ habitæ videantur. Si modo Interpretes שְׂעִיר per *Colocynias* recte expresserunt; ita vero non sine probabilitatis specie ex 2. Reg. IV. 39. collegerunt.

§. 7. Vocibus רַמְוֵת בְּקִרְיָה neminem intelligere crediderim imaginem boum integrorum, sed saltem capitella bovina prominentia, quæ imagunculas boinas hinc inde nomino.

A 3.

§. 8. Jam.

§. 8. Jam igitur cum constet, tam de figura וְשָׁמַע בְּקִרְבָּן, quam quid sibi velit רְשָׁת בְּקִרְבָּן, quæstio procul dubio à quovis textus parallelos h. l. conferente movebitur: Quid statuendum sit de illa Scriptorum Sa-
crorum discrepantia, ubi Autor Libri Chronicorum,
quod Autor Libri Regum adpellat פְּקֻדָּה exprimit per
רְמוֹת בְּקִרְבָּן de qua discrepantia visuris discrepant-
tes occurrit Interpretum sententia. Ajunt enim alii,
esse פְּקֻדָּה בְּקִרְבָּן diversa, sunt vero alii, qui ea-
dem esse illa adfirmant.

§. 9. Sed neque illi convenient, qui eadem esse dicunt. Videas enim VAL. SCHINDLERVM in Lexico Pentagl. teste B. SAL. GLASSIO Philol. S. loco mox ci-
tando, & recentius Virum Clariſ. JOH. CLERICVM,
ideo unum idemque פְּקֻדָּה cum בְּקִרְבָּן esse sta-
tuentes, quia vel hoc ex illo, vel ex hoc illud corru-
ptum vitio scribarum censuerunt. Ita enim Hic ad
2. Paral. IV. 3. Cum sit exiguum, ait, discrimen inter
פְּקֻדָּה בְּקִרְבָּן, varietatem aliquam lectionis melius
quaesiverimus. Sed ejusmodi corruptiones, ubi nostræ
eruditio illico non respondent scripta, ne in profanis
quidem admittimus, nedum in sacris. An igitur con-
venientia aliqua vocum פְּקֻדָּה & בְּקִרְבָּן præponderat
Scripturæ S. per omnia integrati, à nostris firmiter de-
ductæ, & speciatim circa hunc locum à B. SAL. GLAS-
SIO in Philol. S. L. I. Tr. I. p. m. 107. defensæ. Dicere-
tur aliquid, nisi Codicum consensus aut Massoretarum
ad hunc locum silentium, quin & bina ambarum vocum
astroque in loco facta eodem modo repetitio, & quidem
in

in loco Paralip. semel in singulari semel in plurali (ait STVRMIVS diss. p. 98.) omnem cujuscunque mendac suspicionem plane eximéret. Vereor vero, ne veri Interpretis fidem decoquat, qui, ubi conciliatio plana non est, in Scriptura S. præfertim, omnibus tere paginis invenisse sibi persuadet corruptiones.

§. 10. Qui eadem putant בקריהם & בקריהם sunt quoque, qui per פקעים omne genus picturarum intelligunt, foliorum, florum, fructuum, animalium. Hi 2. Paralipp. IV. 3. ad ulteriorem loci 1. Reg. VII. 24. expositionem pro בקרים פקעים possum esse existimant, & à פקעים non nisi ut speciem à suo genere differre a- junct: uti allegat in Synoppsi Crit. POLVS ad 1. Reg. VII. Verum enimvero, quia nullum habemus ejus rei vestigium aut rationem; potius vero vocis שפֶר origo vix admittere videtur, ut transferas vocem ultra folia, ramos & fructus colocyntharum, an nobis illi persvadeant, est quod dubites. add. obs. VI. disserr. I.

§. 11. Igitur quidam dixerunt, פקעים diversum quid à notare: Sed & hi ipsi diversi sunt. Sat is commode illi conciliant, qui figuris colocyntharum, sive ut Chaldeus reddit figuris illis ovalibus capitella boum imposita censem, ita ut Autorem Libri Regum illud, cui capitella imposta fuere, Autorem vero libri Chronicorum id, quod colocynthis impositum fuit, expressisse dicant. Autoritas quoque Virorum hanc sententiam commendare potest, cuicunque FRIEDLIBII class. I. ad h. l. GLASSII l. c. LVNDII Sud, Heilig- thum, L. II. c. 14. p. 307. VATABLI ad l. p. MELII in diss.

diff. &c. nomina cara sunt. Et cui RABBINORVM aliqua est fides, itidem consentientes hic habebit plerosque, quos, si necessum putarem, allegarem. Vid. R.D. KIMCHII Comment. ad h. l. & LVNDIVM laudatum l. c. Cel. STVRMIVS p. 99. diff. huic sententia difficultatem intendit ex numero ornamentorum. *Nam si*, inquit, *ista simulacra ab invicem 10. cubitis remota fuerunt, tantum tria in ambitu tam vasis vasis, & in ueragine serie simul sumta, sex fuissent, quem uumerum reveror plerisque minorem visum iri.* Sed ita Vir cel. supponit, suam explicationem vocum עשר באמור esse veram, innuique distantiam ornamentorum decemcubitalem ; que tamen, ut infra videbis, vacillat ; adeoque nulli dictorum Autorum in mentem venit, illas voces eo modo intelligere.

§. 12. Propius veritati accedere videntur, qui ita conjuncta putant capitella & colocantas, ut illa ex his non prominuisse, sed insculpta concipientur. Ita enim eodem plane modo vocari potuero & colocyntha, & capitella boum : uti eleganter à Viro doctissimo JO. LIGHTFOOT in Descript. Templi c. XXXVII. sect. 4. deductum legimus.

§. 13. Vide vero, num sequentia assensum à dictis retinere possint, an minus. Primo 1. Reg. VII. 24. מחרת לשנתו sub labio ejus, (quod jure contra Rabbinos urgetur, qui in inferiori parte quadrata, quam constituant, etiam colocantas ponunt, nisi enim locum labio proximum intelligeret Scriptor, aliter expressisset) sed 2. Paral. IV. 3. רשות בקרים dici-

dictum fuisse רוחן sub illo ; quod ultimum non
ad labium ; quia ad שפָּה dicendum fuisse י'ן sed
ad בָּהָר referri debet . Nec tanien istud רוחן י'ן
ita accipendum velim ; ut reddatur : sub mari , intelli-
gendo locum mari subjectum : confunderes enim hoc
modo boves infra mare cum capitellis superioribus , quod
facere prohibet & diversus numerus , cum capitellorum
duplex ordo , boves vero duodecim simpliciter dicantur ,
& diversa capitellorum & boum inferiorum mentio :
qua si urgeas ; vacillabit JVNII explicatio ad TREMEL-
LII versionem , nec enim quicquam valet illa ratio :
premissi boum mentionem ideo , quia boves illi pertigerint
duos ordines colocynthidum , de quibus i. Reg. VII. 24.
Nam cum colocynthides proxime subjuncta fuerint mar-
gini , mari vero altitudo §. æquarit cubitos , quænam
colla monstrosa evident boum sub mari collocatorum ,
si capita pertigerint usque ad colocantas ? Sane e genere
camelorum & boum mixtam produces speciem (modone
nimium concesserim .) Deinde vellem huic sententiae
conciiliatum illud de iisdem bobus prædicatum רוחן
: שְׁנִים קְּרַפְתָּם אֶת חַיִם (vel ut
alii : decem in cubito) circumantes mare ; item illud :
שְׁנִים טוֹרֵם הַכְּרָקָד de quo modo dictum . Hinc & B.
LVTHERI , OSIANDRI , TOSSANI , aliorumque op-
nio (conf. STVRM. diss. p. 39 .) vacillat .

Neque video , quare רוחן י'ן JOSEPHI ver-
sionis favere dicendum sit . Verbis textus de colocynthis
aut boum capitellis שְׁנִים כְּמֻמָּת mare cingentibus in
JOSEPHI versione respondere videatur verba : וְאֵלֶּא

δέ καὶ τὸ μεσαίραῖον τῷ κύκλῳ σπεῖρα περιαγόμενοι εἰς ἔλικας ΔΕ' ΚΑ' ἢν δὲ τὴν διάμετρον ΠΡΥΧΕΟΣ : Suffulciebat ad me- dium conceptacēis spira circum acta in belices DECEM : cuius diameter erat (unitus) CUBITI. Sane si vel Ebraeo- rum verborum sensum dare voluit, aut studio deliravit, aut (quod probabile non est) in suo codice quadam tan- tum verba legere potuit, ex quibus ita divinavit. Quis vero credit, corruptionem talēm fuisse in Ebraeo :

תְּחִרְתָּה יְנוּ מִבְּבָם תְּבָבִים - עַשֶּׂר בְּאַמְתָּה מִקְנָפִים - שְׁנַיְם תְּוֹרִים : Qui ita excusare vellet JOSEPHVM, illum sane ejus Codicem Ebraeum à tineis & muribus corrosum undique statuere oporteret, & pro- bare. Quid vero de fulero sub mari, quod hic statui- tur, sit sentiendum, infra dicetur.

Scio Virum Clariss. HADR. RELANDVM Anti- quit. Sacr. P. I. c. VI. §. 9. ex Jerem. LII. 20. item ex JO- SEPHI & EVPOLEMI descriptione statuere מִכְנָגָן five fulera sub mari, inque illis fulcris, quæ decem cu- bitorum fuerint in circumferentia, tam בְּקָעִים, quam בְּקָרִים extitisse, unde necessum habet, voces תְּחִרְתָּה לְוּ & לְשָׁפֵחָה de eodem loco explicare, & qui- dem ut paulo supra hos ordines boum vas in ferram labii flexum concipiat. Verum (1.) locus ille Jeremiæ minus dextre explicatur, de quo infra. (2.) loca JOSEPHI & præsertim EVPOLEMI du- bia sunt, ut ibidem videndum. (3.) בְּפָנָי ad insiniam extremitatem yasis transferritur coacte, cum superior tan- tum pars labium dici possit, & dicatur. (4.) colocyn- & boves non בְּמִכְנָגָן sed הַמִּן ipsius mare circum- de-

dedisse dicuntur. (5.) contra textum explicatur פְּשָׁר בְּאַמְרֵי מִכְוֹןָה לִיye fulcris, quorum tamen nulla facta est mentio.

Ergo מִתְחָרֶת לְשָׁפֹת adhuc differt a מִתְחָרֶת uti dixi, neque tamen notat locum mari prorsus subjacentem. Quid ergo ? לְנֵה sub illo explicandum puto per : in loco ejus inferiori ; quemadmodum (ne sine autoritate dicere videar) Exod. XXIV. 4. *edificavit altare תְּהִרְתָּה חָרָה sub monte*, non significat, altare extrectum fuisse in locis subterraneis monti subjacentibus, sed fuisse in partibus inferioribus montis, add. Magnif. & Cel. Dn. D. DANZII Interpr. §. 121. n. 3. Edit. recent. Vnum hoc, ex quo conjectare licet, diversa omnino fuisse atque sejuncta capitella à colocynthis,

Deinde, si supponantur colocynthæ margini proxima, uti textu est conveniens, adtendaturque capitellorum usus, qui, ut anticipem, quod infra inquiram, nisi fallor, fuit, ut per illa tanquam per siphones emitteretur aqua, impetrare à me non possum, ut credam, capitella colocynthis imposita margini proxime subjuncta fuisse ; nam otiosa hoc modo fuissent capitella, quæ aquam premittere debuissent, cum ex quorundam illorum etiam Autorum sententia mare ad summum aqua non fuerit impletum ; id enim batorum discrepantiam ut tollant statuunt, de quo inferius iterum : si vero impletum non fuit ad summum, qui potuit per capitella aqua profluere ? Et licet impletum concedatur, cautius tamen est, siphones promittentes aquam inferioris collocare, quam in summo. Quod alterum est,

B 20 pag 200 c. 15. 7. 15. 7. 15. 7.

§. 15. *Tandem elegantiae architectonicae convenientias putarim, si capitella concipientur posita circa d. d. (Schem, in dissertat. prima fig. 4.) quam illo spatio vacuo relicto ad bb. sub labio & colocantas cumulare & capitella.* *

Sane fallor, aut ex his, quae §§. 13. 14. 15. dicta sunt, confirmatur figura nostra cylindrica, quam in disert. I. Schematico expressimus, & diss. II. defendimus. Certe, cum capitella fuerint in mari parte inferiori, eodem tamen modo circumveinerent concham, quo coilocyntes, scilicet **שְׁנָה בַּמִּזְבֵּחַ** decem cubitis five decies in cubite, quin eadem peripheria ibi fuerit, ubi prominabat capitella, qua fuit sub labio cincta a colocyntis, nullus dubito: ita vero procul dubio cylindrus concipiendus est. Quod hoc occasione *os u waspō* monendum celestem. Adeoque cadit id, quod nuperius in quadam dissertatione sub praefatio Viri Cel. HENR. KLAV-
SINGII VITBERGAE Anno 1717. de *Symmetria Maris Ante habitatu defederantur* et circa nostram figuram: 1) *quasi Liliorum similitudo non sit obstans*: sequitur, ut opinatur Aurora, liliorum recurvatio extorsum non sit sollem in extremo liliis altitudine, sed incipiat ab imo & continuetur ad summum. Nam a.) si immobilitate cum liliis convenienter supponit, quare ipsi statim mare inferius fuisse cylindricum? lilia enim non sunt cylindrica? b.) si profusa cum liliis convenire mare sibi persuader, quare Prop. VI. diss. II. nostris fere verbis refutat Cl. RETHERVM, quare nostris argumentis rejet figuram sexangulari proximam? qui uno nobiscum ore dif-
fentit a Celeberrimis DETLINGIO & STVRMIO? c.) Num, que
convenient in uno tertio convenienter inter se identes, ac per omnia
sunt *equalia*? nonne similia non sunt excedenda ultra tertium? Agnoscer vero similitudinem constituisse in recurvacione; ergo in
recurvacionis quantitate? in recurvacionis initio & fine? Quid d)
de poculis dicendum? Et e.) quid opus fuit omnibus hisce, aut
nova dissertatione? cum ipsifissam suam sententiam meis verbis le-
gere potuisse dissertat. II. §. 12. ubi, postquam dixi, *fecit prominentiam laboriorum 6. digitorum binis & sex digitorum illinc;* addo
verba expressa: *qua prominentia a b. jam recurvari coepit putari*
poteſt: adeoque marge fine recurvacione non prominunt; num vero
spatium a b ad tantum putar, ut proportioni liliis non sufficiat? *Hec omnia deprehendere potuisse ex verbis ultimis §. 8.*
Vnde miror, adeo ipſi non discipulisse figuram ab ipso delineata-

nam. 2.) Densitatem metalli non fuisse computandam, & 10. cubi-
tis diametri esse includendam, quia hic mensurandi modus inu-
stantus, & spissitudo metalli *seorsim* descripta. Respondeo, me-
am sententiam hanc esse dum putat, fallitur ; hæc mea est : §. 13.
p. 38. Labia superius in metallum tenuis desisse, figura laborium
poculi innuit. Jam si mensuratio facta est, nonne ab extremi-
te labii usque ad extremitatem mensurandum fuit : an hoc modo
crassities mensurata, & cavitati addita ? minime ; nulla enim cras-
ties in summo fuit ; mera cavitas. Sed sentio, Autorem seductum
fuisse verbis ibi sequentibus : Si vero maris crassitatem fuisse can-
dem, concedetur tamen, illam in mensurazione latitudinis fuisse
compensaturam : quare hac posui ? non ut priorem sententiam
corrigit, sed ut iis quoque satisfaciam qui priori sententia non af-
ficiuntur, disputo nempe *xar' aðgawor* ; & assumta sententia eo-
rum, qui in altitudine addunt crassitatem, eos eriam ad latitudi-
nem ita mensurandam remitto : neque enim qui prius admittunt
posteriori rejicunt ; interim illis non assento, cum quibus *xar' að-*
gawor dispuo, & saepe concludimus aliquibus positis sed non
concessis. Ideo ergo ultima verba adtendit, neglectis primis, ut
aliquid dictum videatur, quod non dictum sit prius. 3.) Ideo
non arrisit Auctori mea sententia, quod crassitatem metalli unius pal-
mi generatum dictam bis fere in superiori parte augeam. Videlet
miratur, marginem ita promovere, ut majorem crassitatem habeat,
ipsa concha ; Sed 1.) dum unius palmi mensura allegatur à Scri-
ptore, non intelligitur margo sed mare ; 2.) quæ elegantiæ fuisse,
ejusmodi aheno fine omni decoro & proportione architectonica,
quæ tamen in omnibus Salomonis structuris deprehenditur, inter
tam splendida vafa & è regione tam illuftris Altari collocato : quis
revelavit ei, palmi crassitatem intelligendam esse de omnibus parti-
bus maris ? 3.) cum ipse, dum v. g. dicitur maris peripheria fuisse
30. Cubitorum excludit marginem, quare dum dicitur maris densi-
tas unius palmi, marginem includit : sane eadem ratione, quia ipse
hoc defendet, aliud illud refutaret, & tuncvidetur de conciliacione
diametri & perimetri. Jam cum recipiat nostram sententiam de
diametri & perimetri diversitate, ex eodem principio & hoc de-
buisse recipere. 4.) Quin dum defendere nescitur nostram de his di-
mensiones sententiam, ad Cel. STVRMII objectionem nihil responderet,
quæ sane levissima non est : ad quam nostram vide p. 38. diff. II.
Sane dum Mathematicis ne illa quidem proportio marginis ad va-
lam maris molem placet, quam is majorum estimat, quid fieri de
minori ?

§. 16. Hæc igitur induxerunt me, ut colocytas à capitellis sejungerem : cui forte aliud non objicetur, nisi Scriptorum Sacrorum discrepancia. Quare ergo, inquieres, Autor Libri Regum colocytas memorat, omis-
sis capitellis, & Autor Libri Chronicorum hæc, negle-
ctis istis ? Possem equidem instare : quare uterque Au-
tor obliviscatur cupæ procul dubio substratae ? quare nul-
lam injicit ullus mentionem columnæ, vel si mavis, ca-
nalis, medio, ut audiemus, maris alveo infixi ? Verum
quia hisce alia reponemus (scilicet ideo omitti, quia ex
ære confecta non videntur,) quæ capitellis & colocyn-
tis (quia erant בַּיִתְרָן יְצֵא fusa cum fusione ejus
(maris) adeoque ex ære, obs. XIII. §. 2. diff. I.) adPLICARI
non possunt ; & si possent, quæstio tamen maneret,
quare singuli memorent singula, non uterque utrum-
que ? ideo simpliciter respondendum duco, Scriptores
Sacros omnes maris partes minimas anxiæ non respexisse,
neque enarrando singula prolixiores esse voluisse (cum
forte plura dici potuissent) adeoque Autorem libri Re-
gum enarratione colocyntharum contentum fuisse ; Libri
Chronicorum vero Scriptorem, si quidem Libros Re-
gum vidit & legit, itidem neglexisse minutias quasdam,
loco colocyntharum tamen (quia hæc jam in altero libro
memoratae) capitella memorare voluisse ; aut si non
vidit neque audivit quicquam de Libris Regum, à Spi-
ritu S. cui liberum est, hoc exprimere, illud reticere, ad
capitellorum quoque configurationem fuisse directum
magis, quam ad colocyntharum, quas ab Autore libri
Regum exprimi sciebat Spiritus S. Vel diverso judicio
Scri-

Scriptores res expendisse dicendi sunt, & alter quidem magis necessariam putavisse colocyntharum, alter capitellorum memoriam. Vtriusque vero judicium verum censendum est, nec quicquam refragatur. Ita sane in quamplurimis horum & aliorum librorum, N. T. quoque statuendum est.

§. 17. Ex dictis patet, VILLALPANDVM utriusque tessuti suo scheme non satisfacere, cum encarpis, quæ vocant, (Germ. Fruchtschnäre / Gall. Feston,) mare ornasse contentus sit, nihil de capitellis boum sollicitus; nisi imagunculas angelorum substitutas velit bovinis; licet in descriptione expresse aiat: *non inepte quidam colligunt, in illis ovorum tuberculis capita boum insculpta fuisse.* T. II. P. II. L. V. disp. I. c. 24. p. 458. Porro patet, quid de loco imagunculis cum colocynthis à RABBINIS, quos LVNDIVS sequitur, adtributo, sit sentiendum; cum quilibet textui insistens, si de capitellis boum nihil moneat, saltem colocynatas justo loco motas facile animadverterat, dum non quadratae alicui maris parti inferiori additæ, sed illi margini à cuius extremo ad oppositum erant 10. cubiti, subiunctæ legantur. Reliquos Autatores taceo, cum ex dictis verum dijudicari facile possit à falso: è quibus de STVRMII quoque & REYHERI ordinatione licet dubitare, quorum ille duos ordines capitellorum constituit, quorum extrema encarpis colocyntharum copulat invicem; Hic vero capitella & colocynatas in quavis serie alternis vicibus positas opinatur p. 710. Math. Mol. Sane, ita neque capitella omnia sive

¶

מתחת לשפטו החרן חום, neque colocyntha singulae,
uti loquitur textus. Hac de primo.

§. 18. Sequitur *Numerus colocyntharum & capitellorum*: In utroque ornamento numerus describitur eodem modo, cum utroque in loco dicatur: עשר באמור מkapim Ex quarum vocum diversa versione, diversa prodiere sententia.

§. 19. Nescio an ii memorandi sint, qui illud referunt ad partem maris inferiorem quadratam, quam constituant, quod *Rabbinos* secutus LVNDIVS facit, conf. diss. II. §. 6. licet enim diserte illud non dicat, quia tamen numerum capitellorum non ex verbis עשר באמור מkapim sed aliunde deducit, credo, eum verba illa eo modo explicare, quo explicant, quos sequitur. Verum plane vis infertur textui; verba enim notare: *in illo loco ubi maris unum latus (quadrati) erat decem cubitorum, circumabant, &c.* credit Apella. Quin imo, si etiam quadratum infra fuit mare (quod in diss. II. rejectum) posito insuper, quodvis latus quadrati 10. fuisse cubitorum; nemmo tamen illum verborum sensum mihi per vadet, cum ne tum quidem eo referri possint.

§. 20. Absurdiorem se dat JOSEPHVS, qui באמור reddit: σπείρα περιγομένη εἰς ἔλιξ δέ καὶ δὲ τὸν διάμετρον πηχεός. Dignum sane (si assequor) patella operculum. Certe si exprimere voluit verba Ebræa (uti videtur) risus teneri non potest: עשר innuit spiram in 10. helices circumductam, באמור vero significat illius spiræ crassitudinem sive diametrum unius cubiti. Hac

Hæc profecto, ut hinc inde CLERICVS in Commen-
tariis crepat, Hierosolymitano Sacerdote, Ebraica scien-
te sunt indigna : neque enim sensum neque litteram
Ebræam probe exprimunt.

§. 21. Neque illis adsentiri possum, qui שׁ
בָּאַמְּרָה repetitionem diametri maris putant, quo B. no-
ster LVTHERVIS sensui, quantum licet consulturus,
resperxit, quando reddidit : Um dasselbe Meer / das 10.
Ellen weit war / giengen Knoten/ &c. ita in loco quo-
que parallelo. Cui STVRMIVS p. 39. diss. OSIANDRVM
& STRIGENITIVM, (forte STRIGELIVM, teste POLO
ad I. Reg. VII.) addit. Sed ipse p. 98. respondet, ejus-
modi repetitiones inutiles textui non convenire, neque
verba ipsa eam secum ferre.

§. 22. Eadem p. 101. jure vapulant, qui שׁ
בָּאַמְּרָה referunt ad illud maris spatium, ubi ejus cir-
cumferentia fuerit 10. cubitorum, quo MENOCHIVM
retulit p. 39. cui addi possunt CAIETANVS & TOSTA-
TVS teste POLO ad I. Reg. VII. Illorum Autorum hy-
pothesis nititur figura maris hemisphærica, quam in dis-
sert. II. rejectam vides, qua ruente, & hæc explicatio
ruat, necesse est.

§. 23. Desperatae causæ κεντφύγεον querere vi-
dentur, qui שׁ
בָּאַמְּרָה ita explicant, ut tertiam tan-
tum, scilicet anteriorem maris partem colocynnis & ca-
pitellis dicant ornatam, quæ 10. cubitorum fuerit: quos,
nominatum CORN. à LAPIDE, SANCTIVM &c. ita
Idem p. 101. diss. confutat : Sane si in angulo quodam ab-
ditum fuisset mare eneum, ubi non nisi anterior pars con-
tem.

temptationi pretereuntium patueret -- non plane nibili
foret illa conjectura: - - Quid quod Sacer textus differ-
re dicit, sculptilia illa mare undique circumdedisse. Si
generalius, quod hic observandum velim, essent illi Au-
tores locuti, sine cautela rejici non possent. Dum e-
nim dicunt, tertiam partem tantum à colocynthis fuisse
cinctam, non illud solum intelligere licet, anteriorem
partem maris, tertiam scilicet fuisse cinctam; sed & ita
explicare licet, decem cubitos, qui tertiam partem cir-
cumferentia 30. cubitorum efficiunt, colocynthis fuisse
ornatos; ita vero nihilominus totum mare ambire po-
tuerunt: quod, si intellexissent illi Autores, refutari non
possent, ut infra patet.

S. 24. Alii Autores verbis **נָשָׁר כְּמַעַן** numerum colocyntharum innuit volunt: (videas enim, prae-
cedentes omnes de numero certi nihil determinare.)
Dum vero illa verba reddunt: *decem in cubito circum-
bant*, in duas abeunt partes. Quidam, ut FRIEDLIE-
BIVS, PISCATOR, JVNIUS, MALVENDA, aliquie
in quolibet utriusque ordinis cubito fuisse 10. colocynthas
statuunt, ita, ut uno ordine 300. & addito altero 600.
totum mare circumiverint. Alii vero, ut MARIANA,
VATABLVS (quod ex notis versioni Tigurinae, qua co-
dem inclinat, accommodatis, patet) item Cel. REY-
HERVS Math. Mos. p. 710. §. 15. 16. in quolibet quidem
cubito fuisse 10. Colocynthas, ita tamen, ut 5. in uno, 5.
in altero ordine querendi sint, adfirmant; quibus &
ANGLVS N. F. D. adnumerandus in diff. Tract. BERN-
HARDI adnexa. Vbi tamen REYHERVS, quia capi-
tella

tella & colocytas in quavis serie alternatim collocat §;
 16. cit. iis proprius accedit, qui cuilibet cubito cuiusvis
 ordinis 10. colocytas vel capitella tribuunt: quinque
 enim colocytæ & 5. capitella juncta eundem locum oc-
 cupant, quem decem capitella sola, aut sola 10. colo-
 cytæ. His etiam Cl. MEL adsentit, qui non solum
 600. numerat colocytas, sed insuper 40. addendas exi-
 stimat, ob veram, referente STVRMIO, p. 56. rationem
 perimetri ad diametrum.

§. 25. Verum crediderim, quemvis hac facile ces-
 surum sententia, si melior proferri possit. Nam quin-
 que colocynnis capiendis licet satis amplius fuisset cubitus,
 capitellis tamen justæ magnitudinis, (tanta scilicet con-
 chæ, proportione respondentibus) angustior fuisset locus:
 imo si decem uni cubito admibamus, vere, ut STVRMVS
 ait p. 100. plusquam crepundia formabis; quod & REY-
 HERI sententia contrarium est. Speciatim quod qua-
 draginta addantur à MELIO, nescio, unde 4. cubiti su-
 peradditi desumendi. Posta diametro 10. cubitorum
 etiam in conchæ inferiori parte, vera ibidem circumfe-
 rentia forer 31² cubitorum, adequo 14. colocytæ su-
 peraddenda essent, non 40. (si cubito cuivis cedant de-
 cem.) Si vero ventris tantam ibi faciat prominentiam,
 ut quatuor cubitos addat circumferentia communis, il-
 lud tanquam libere effectum, libere rejicere licet: licet
 in ipsius Schemate, non videam colocytas adfusas pro-
 minentia. Quicquid sit, ea, quæ diximus, etiam hoc
 modo ipsi refragantur.

Sed præter illa his Autoribus usus capitellorum con-

trariabitur. Elegantiae usum allegare non possunt, quia elegantiae adversantur. Infra vero audiemus, præter ordinatum capitellorum usum querendum etiam esse in promissione aquarum: quo posito, jure Vir Cel. THEOD. DASSOVIVS in dissert. *qua Imagines rerum Ebrearum quasdam emendat* edita Kilon. a. 1701. Thes. XIII. *an tam numeroſa fuerint*, ait, *epiſtomia, & an omnia ſimul aperta, merito ambigitur*: Licer ejus ratio, *quod eo modo aqua in vas comportata citius effluxifet, ac fieri debuit*, ex infra dicendis plane dubia sit. Nec scio, an in figura ANGLI N. F. D. cuius Schema Ed. BERNHARDI Tr. de pond. & mens. annexum reperitur, & ad quod Vir Celeberrimus ablegat, adquiescendum sit; cum in illa capitellorum nulla prouersus vestigia, coloeyntas vero vel nodos nimium iridem multiplicet, uti cuilibet insipienti non ſolum sed & legenti patebit. Illud tamen vere dicitur, quod 300. vel 600. capiella illi uſi non convenient, etiamſi comportatam aquam non ſtatuaſ. Triginta duo vero, quot LVNDIVS depingit, niniſa non ſunt: plus enim aquæ affluit, quam per illa decurrit; licet ipſa numeri ratio incerta ſit. Si vero, quod MELIVS facit, excipere velis, quadam tantum emiſſe aquam, reliquis obſtructis, facies coetera orioſa, neque cuiquam rei conduentia, ſiquid elegantiæ obſunt potius: id vero dicere nolleſ.

§. 26. Parciores igitur alii ſunt in numero illorum ornamentorum. Arbitrarium vero adſumit, quem modo audivimus numerum, LVNDIVS; Lib. II. c. 14. der Būd. Heiligh. ait: Wie viel Ochsen-Köpfe unten gewesen

wesen um diese Vierkante / ist nicht eben gewiß. Vermuthlich / daß zwischen den 12. Ochsen die unten gestanden / oben an dieser Vierkante des Meers ein Ochsenkopf oben / und unten auch einer / und also 2. Reigen gewesen / auf jeglicher Ecken 4. oben und 4. unten / daß solcher Ochsen-Kopffe 32. geworden / (erat enim illa pars quadrata, ex ejus sententia) aus deren Mäulern das Wasser herauskommen / so unsers Ermessens genug ist. Illa series, quam LVNDIVS constituit, in mari quadrato quidem triginta duo, sed in rotundo viginti quatuor tantum producer capitella, si scilicet inter boves inferiores bina capitella collocentur superius. Sed ne de figura maris denuo disceptemus, quilibet videt, numeri hujus rationem esse lubricam : Spacium amplum fuisset pluribus collocandis inter boum inferiorum interfistia. Sed videbimus de ratione alia.

¶ 27. Celeb. tandem STVRMIVS ita rem explicat : Per equalia, ait, p. 135. sq. spatio denorum cubitorum corollas, sive encarpos pomis vel cucurbitis sylvestribus referentes constituo, quibus collocatae representantur. Encarpi illi suspensi sunt uirinque è strumis leniter rotundis, ac cucurbitis similibus, è quibus capitula boum prominent. Ut series ad oculum pateat, schema unius ordinis hic annexum videre licet in fig. 1. Dicit itaque ab n per r ad p esse 10. cubitos, & ab o per s ad q decem itidem, istud que velle voces בְּמִצְרָיִם, quasi sensus esset : collocantæ 10. cubitos longe mare cingebant. it. capitella 10. cubitis distantia, scilicet ab n ad p ab o ad q. Hoc equidem modo capitella nimia non fiunt (licet Ipse alium

ufum, ac fecimus hactenus, adtribuat capitellis, quod
audierit) quin immo augere vel minuere aliquantum pot-
est numerum eorum, dum colocyntarum encarpos 10.
cubitorum, vel laxat vel adstringit. Generatim in hoc
convenit cum VILLALPANDO, qui T. II. P. II. L. V.
disp. III. c. 38. p. 489. ita differit: *duos illas coronarum
ordines ita disposuimus, ut 3. corolle essent in unoquoque
ordine; cumque maris circumferentia triginta cubitis de-
finiatur, singula corolla trans cubitorum decem, quot vere
exigere videbatur textus.*

Verum enim vero (1.) eodem modo
de colocynthis exponendum credo, quo de capitellis, ea-
dem enim est constructio utroque in loco: sed ex dicta
sententia de colocynthis explicatur ratione longitudinis,
de capitellis ratione distantiae: neque enim capitella 10.
cubitum longa sunt, neque colocyntarum rami decem cu-
bitis distant invicem. (2.) Neque id de capitellorum
distantia procedit. Quis enim crederet, Scriptorem sa-
num quemcumque, distantiam capitellorum in dato sche-
mate descripturum, dicturum esse, capitella illa 10. cu-
bitis distare invicem, quia ab n per r ad p est ramus co-
locyntarum 10. cubitorum, cum præterea aliud capitu-
lum sit interjectum. Certe aut mente Viri Cel. ex
Ipsius verbis probe non percepi, aut illa sententia plane
titubat.

§. 28. Quid ergo in ejusmodi sententiarum di-
vortio dicendum? Voces עשר באנדרה redde: *de-
cem cubitis, non, decem in cubito;* & sensus se offeret;
colocynthas & capitella circumiisse mare decem cubitis,

i.e.

i. e. decem cubitos consitos fuisse illis ornamentiſ. Hanc explicationem voceſ illaꝝ neutiquam reſpuunt. Conſtat, Nomina numeralia singularia haud infreſquenter tanquam Subtantiva cum numerato poni in regimine ; qui poſceret exempla, hōpitem ſe in lectione Ebræa proderet conſ. Magnif. & S. R. D. DANZII Interpr. §. 4. Sed forma conſtructi tollitur, ut in aliis ſäpe, ita & hic interveſiente præpoſitione. Vide de ל ibid. §. 20. & de ב i. Sam. XXXI. 3. adeoque עשר idem ac עשר ב אמך & hoc pro בעשר quia ablative reddenda vox, nam praefixi א ellipsis frequentem, neque tamen duram, qui non novit, Ebræa vix novit. conſ. ibid. §. 176. rec. & 227. plen. Edit. Explicationis gratia in diſſ. I. obſ. X. reddidi : *Decem vicibus juxta cubitum, i. e. decies in cubitu mensura &c.* forte enim, ſi litteram exigas, ita redendum, cum nomina ſäpe adverbialiter ponantur. Quare autem h. l. numerū colocyntarum quāras, non numerū cubitorum, cum in verſu præcedenti in eadē conſtructione, non niſi cubitorum numerū in digitari omnes fateamur?

Hoc igitur modo eleganter obtineo ornamentoſ ſymmetriam ; nam uno cubito conſito, duo relinquentur vacui, donec quartus exornetur : in altero vero ordine inferiori tam colocyntarum, quam capitellorum, (nam ב אמ' de ſingulis explico ordinibus) inter illos duos vacuos superioris ordinis, unus cubitus conſitus eſt, & ſic porro, ut bicubitale ſpatium vacuum repondeat cubitali ornato ſive replete, ut inde grata oriaſtur varietas. Nescio vero, an illi Autores ſint meæ ſen-

ten-

tentia, qui dicunt, tertiam maris partem ornatam : ambiguae enim loquuntur, vid. §. 23. Sed forsitan CHAL- DÆVS Paraphrastes, & LXX. Interpretes huc tendunt : quorum ille reddit : עֲשֵׂר אַמְתָּן כְּפֹרְנִים decem cubiti, vel potius, *decem cubitis circumante* (figurae ovorum) mare ; hi vero, non quidem in loco Regium, ubi habent δέκα ἀπήκει, sed in loco Paralip. trans ferunt : δέκα πήκει περιέχοσι τὸν λεῖψα κυκλόθεν : *de- cem cubiti (scil. capitellis ornati) circumdabant labrum circumcirca* : quod ultimum κυκλόθεν ostendit, non esse intelligendos decem cubitos contiguos in anteriore parte maris, sed circumcirca ornamenta fuisse posita decem cubitis. Alios, quos legi, non vidi huic faventes sententiae, prater Virum Cl. JOH. CLERICVM, in comment. ad loc. Paralip. ubi versio ejus est : *Erant ei for- me boum sub(ora) id circumdantium undequaque in de- cem cubitos &c.*

S. 29. Ita vero de numero neque colocyntharum, neque capitellorum quicquam constat. Neque multum refert, delineavi in Schemate diff. I. circumantes sub labio ramos cum foliis, ex quibus post duos quosque cubitos aliquot colocyntharum fructus dependent, in mox subiuncto ordine secundo eadem serie retenta, nisi facta alternatione. Horum igitur fructuum numerus ignotus, incertum enim an magnitudinis fuerint communis, an, maris vasti proportione servata, paulo majoris ; in certum item an prorsus contigui, an aliquantum separati extiterint. Sed capitella forte certius determinan- tur. Illa non frondibus sed catenulis conjunxi, nam haec boves

boves decent. Paria constitui capitellorum in quolibet illorum decem cubitorum, par enim boum uni submitti solent jugo, non plures: ita in superiori serie 20. totidemque in inferiori sum natus: placebat eo magis hæc series, quia ita neque justo plura, neque pauciora censi possunt. Qua sufficere puto de numero.

§. 30. Tandem cui ushi queras. Hic primo de colocyntis dubium superesse non existimo, si ornatus causa tantum adposita censemur. Huic enim convenisse ex DIOSCORIDE Mat. Med. Lib. IV. c. 178. patet, scribente: κληματία καὶ Φύλλα ἐξωμένα ἐπὶ τῆς γῆς αἴνοισι, δύοισι τοῖς τῷ ὄμβρῳ σικύῃ, ἐπεσχισμένα· Καρπὸν δὲ περιφερῆ ὅμοιον σφάιρᾳ μέσῃ, πικρὸν ἰχυρός. i.e. Sarmenta & folia strata per terram emittit, similia cucumeris sativi, infusuris divisa: fructum vero rotundum mediocris pilæ similitudine, vehementer amarum. Neque aliud velle LXX. Interpretes credo, qui in loco Regum reddunt ἐνοσηγυαστὰ fulcimenta, forte quia labium fulcire videbantur, non quod fulcra necessaria fuerint. De capitellorum vero usu videndum. Quia solum ornatus usum sufficere non credidere Autores, plerique eorum per illa capitella aquam decurrisse autumant. Ita R. Jac. Juda LEO in lib. III. c. 8. §. 14. וְלֹא שָׁנָה תִּבְנֵי חַבְרִים אֶתְנוֹן וְטוּרִים חַמִּים Super illa autem figura quadrata, quam infra concipit duo erant ordines boum circumdantium ipsum mare et spargentium aquam ex ore suo. Sed ita saltem suspicantur illi Autores, quia eorum sententiam, qui opinantur, sacerdotes lavaturos mare ipsum descendisse,

vero neutquam congruere viderunt (de quo in sequentibus.) Certitudo nulla adseritur, neque nullum vestigium.

Crediderim vero, ejus rei saltem vestigium deprehendi in vase, mari aeneo substituto. Cum enim Chaldaei mare Salomoneum destruxissent, soluta autem captivitate ministerii Sacris restauratis lotio esset necessaria, quæ inde à Mose duraverat; necessum habuere aliud vas substituere: credibile autem est, tum temporis vasis Salomonei memoriam suisse recentiore, eique, quantum fieri potuit, simile fuisse elaboratum. Ejus vero descriptionem legere licet in Libro R. ABRAHAMI HAROPHE cap. XXVII. ex quo Cel. JOH. CHRIST. WAGENSEIL in Sota c. II. Mischn. II. not. 4. p. 357. cum recensuisset quædam de Mari Salomonei templi, adjungit: **אמנס במרקש שניר לא היה** בְּוֹ לֵא יִתְּמַנֵּס וְלֵא מְכֻנָּה וְכֻוּרָה וְבְּסָם
אליה הַתְּהִרְבֶּנָה בְּוֹ כְּיוֹ אֶחָר בֵּין הַאֲלֹמָת וְהַמְּבָחָת
ומושׁוֹת קְפָעָה מְוּוִיחָה המוכת כלפי הרום כמו
ששננו בובחים שהייח שם לרקוש ודים ורגלים
של מהנים כמשפט הכתוב בפרק שלישי מסכת
מורוח משנה ששית וברשותה לא היה
לקורא אליה שני רוים בלבד ערך שכאה נן
קטן הכתן הדרון נבור לטוב ועשה שנים עשר
כמו שאמרו בפרק אמר להם הממנוח רומיין
משנה עשויה זה כרי שיהיו שנין עשר
כתניס חוווכם בפייס של תבירו של שחר
i. e. מקדשים בכלה אחת יריהם ורגלים:
Verum enim vero, in templo posteriori nec mare erat, nec bases, aut labra plurima, sed unicum tantum labrum, inter porosum

ticum & Altare, ab bujus angulo nonnihil ad austrum
perrigens, cœn in (Masseret) Sevachim proditum est.
Hujus usus erat, ut Sacerdotes manus suas pedesque mun-
darent, secundum normam traditam in cap. III. Middoth,
Mischna VI. Atque principio Labrum hoc sola duo habe-
bat EPISTOMIA, sed superveniens Ben Katin, Ponifex
summus, f. m. duodecim fecit, uti est in cap. III. Joma,
Mischna X. Hoc vero ideo fieri voluit, ut duodecim illi
Sacerdotes, qui in offerendo iugi sacrificio occupabantur,
simil omnes, manus & pedes ablucere possent.

LVNDIVS Tid. Helligh. L. II. c. XIV. p. 312. ex
Tr. Joma c. III. sect. 10. ex L' EMPEREVR not. i. ad
Midd. c. 3. sect. 6. SCHINDLERI Lexic. Pentagl. p. 851.
& BVXTORFII Lex. Talmud. ad כיר eandem profert de-
scriptionem : nec abit DASSOVIVS diff. cit. Th. XIII.
§. 2. Vide ergo annon capitellis Maris tempi Salomo-
nei responderint illa *epistomia tuberculis similia* in Tem-
plo secundo, & num inde forte ad usum illorum capitel-
lorum liceat inferre. VILLALPANDVS similiter ex la-
bro Mosis concludere videtur, ex superioribus quibus-
dam fistulis aquam profiliisse. Ex CAIETANO & LI-
POMANO allegat, quia de labro Mosis dicatur, lavatos
sacerdotes ex ejus aqua, sequi, ipsos non confundisse
labrum, sed per fistulam emissam aquam ; additique
quanto minus in hoc mari lavabantur, &c. ergo pol-
lubrum fecimus, quod aqua per CANALES è superiori va-
se emissâ repleveretur. Hisce canalibus vero commo-
dissima capitella judicarim.

§. 31. Posito hoc usu capitella neque augenda

sunt, neque admödum minuenda, nisi, si augeas, diccas, quadam fuisse otiosa, & uti dictum, elegantie detrahentia. Credo vero, illa quadraginta nostri Schematis, & textui, & proportioni, & elegantie, & usui convenire: an epistomis instructa fuerint, quibus aquarum cursus potuerit retundi, forte infra videndum, ubi de aqua maris dicetur.

§. 32. Cel. tamen STVRMIO hic usus non arriet. Ita enim in diss. p. 137. ait: *Annulos potius, quam epistomia ex illis boum capitibus suspendere malui. Illi enim perquam commodi videbantur, ut stupenda moles rudentibus eo commodius comprebendi, & equaliter undique moveri posset. Horum (epistomiorum) vero nullum ferme usum deprehendebam, quia iam duodecim boum epistomia, & sacerdosibus & victimis abluendis far aqua adfundebant, ut alia incommoda taceam, que jam superius ex parte attingi. Sed quid tum, si inferiores boves emisere aquam? Quid? licet abundantem emiserint? nihil hoc prohibet, quo minus & superiora capita emiserint aquam. Parum vero abest, quin mihi persuadeam, præter (1.) elegantiam, quam hinc inde prorumptentes è vase aquæ dederunt, hanc (2.) subesse causam, quod aqua ex inferioribus bobus promanante pedes essent lavandi, ex superioribus vero buculis manus. Inferiores enim manibus nimiam, superiores pedibus haud sufficientem emisere aquarum copiam. Quemvero Ipse allegat usum, inserviisse scilicet capitella movendo vasto corpori, illum ex nostris etiam obtinebis altero non remoto, licet annulis instructa non videas, ut quæ*

quæ ipse facile omittit, ut ait l. e. Cith vero ad super-
riora provocat, illa p. 104. fere ita habent: *Primo, quod
tam exigua capitula, non nisi angustissimos tubulos admittantia, nimis gracili rivo aquam de promisissent, quod non
solum ingens receptaculum & templi maiestatem parum
deceperet, verum etiam impletionem vasorum vettibilium,
quorum quodvis 40. batos continebat, nimis moratum esset.*
Sed (1.) verba prima valent tantum contra illos, qui
300. vel 600. faciunt capitula; verum in nostris quadra-
ginta pro re nata satis magni inseri poterunt tubuli. Si
enim LVNDII 32. à dictis ibid. excipit, quare non & no-
stra 40? (2.) ultima verba contra eos valent, qui boves
inferiores obstruant; vasaque illa decem ex superiori-
bus capitellis implere necessum habent: quod nobis ob-
jici non potest, qui bobus inferioribus & cavitatem &
ora aperta largimur, ut patebit. Alterum quod ead. pag.
STVRMIVS excipit, est, *quod bise epistomiis mare ex-
bauriri non potuisse, adeoque à sentina congesta non pur-
gari.* Sed iterum hoc contra eos directum est, qui bo-
ves inferiores occludunt. Tertio tandem objicit, *quod
aqua per tam angustos tubulos ab incubente vase sit
ipsius pondere expressa, necessario, ultra quinque cubitos
projecta fuisset, adeoque in cupam inferiorem, viginti cu-
bitorum non incidisset, majorem autem atrii Spatum non
admittere.* Hæc magis ferire videntur nostram senten-
tiā. Sed (1.) forte supra capitella aqua haud multum
accravit, adeoque pondere minuebatur: vel (2.) si cre-
vit, potuit tubulus capitello paululum demissius insigi,
ut non recta sed depressiori via aqua erumperet, non ar-

tum, sed angulum fere cum mari fornans : vel potius
 (3.) ex naribus capitellorum primum erumpens in altum
 ferebatur, unde delapsa adeo longe non promittebatur :
 ut in fontibus salientibus frequenter videre licet. Ne
 vero denique quod LVNDIO p. 105. objicit, nos tangat,
*quod scilicet ordine non parum inconcino capitella sint
 distributa, tum quod à Regulis Symmetria longissime re-
 cedatur, tum quod nonnulla aquam in suppositos boves sine
 usu, sed notabili cum dedecore eructantia admittantur*
&c. illud, quod de symmetria dicitur, nobis adversari
 non credo, cum elegantissimus & aequalis, varians tamen
 cum proportione ordo in nostro schemate conspicatur ;
 sed quod ultimum adinet, boves sub cylindrico corpore
 collocati, quoad anteriora divergentes spacium satis ma-
 gnun relinquunt, inter quod aqua delabens sine impe-
 dimento possit permeare, licet in nostro schemate ac-
 curate exprimi vix potuerit. Et ita haec confecta.

OBSERV. II.

De

MARIS FVLRCRO ET BOVVS IN-
FERIORIBVS.

§. 1.

ABULIS superioribus descendimus ad boves sub-
 stratos. Quia vero à quibusdam inter boves &
 maris concham fulcrum aliquod deprehendimus
 interjectum, hic subsistendum paululum, eaque occasione
 etiam de illo fulcro dicendum, quod aliqui non tam in-
 ter

ter boves collocant & mare, ita ut bobus insidet, quām
quod à fundo strati infimi ad maris alveum adscendere
faciunt alii.

ad 2. Primo igitur loco videndum de fulcro in-
ter boves & mare à quibusdam constructo. Memoro
hic VILLALPANDVM, qui in loco Regum fulcrum tale
deprehendisse sibi visus est: Ita enim T.II. P.II. Lib.V. disp.
I. c. 24. p. 457. sq. loquitur: *Basin diserte expressit Re-
gum historia, cum non de columnis quidem, sed de mari-
eno loqueretur: Et sculptura subter labium circuibat il-
lud, ambiens mare; Duo ordines sculpturarum bistrata-
rum erant fusiles.* Additaque LXX. versione: *εγέρ-
ματα, & JOSEPHI descriptione: Sculpturarum vero,
pergit, formam indicant Ebraea, que ουρα legunt.*
*In eo autem, quod decem cubitis hujusmodi sculpture de-
finiuntur, consonat certe Ebraeae lectio JOSEPHI expo-
sito, quam supra audivimus. Mireris vero, posse Ebra-
am linguam tam multis, tamque variis applicari senten-
tias. Sed quam dexter procedat VILLALPANDVS, ex
jam dictis patere potest. Nemo nisi VILLALPANDVS
ductu JOSEPHI ex verbis libri Regum fulcrum maris vel
suspicaretur, quod is diserte innui ait, cum ne quidem
per pronam consequentiam inibi inveniatur. LXX. per
εγέρματα forte aliud respexerunt, ut dictum. JOSE-
PHVS vero textui prorsus refragatur. Neque tamen
fulcrum suum omittit, sed collocat inter mare & boves:
Basis, ait, suslinebatur à lobus ~~quod~~ *quam sententiam*
*confirmare videtur ipse textus, qui verba relata illis in-
terposuit, quibus boum expressa siebat commemoratio.* Ita,*

ni fallor, ei videtur : 2. Paral. IV. dicitur v. 3. imago
boum fuisse **תְּהִרְתָּם** *sub mari*, his subjiciuntur ver-
ba : **עַשֵּׂר בְּאַמְתָּח וְגַזְעָן**, quibus demum nova boum
mentio subiungitur. Ingeniosa hæc putares : primo bo-
ves memorantur, deinde aliquid injicitur decemcubitale,
tandem denuo boum fit mentio : Ergo fulerum aliquod,
forte decem helicum, fuit inter mare & boves. Nonne
vero diversi sunt superiores buculi à bobus inferioribus ?
nonne verba **עַשֵּׂר בְּאַמְתָּח** ad basin transferri neque-
unt? Quia forte videns VILLALPANDVS, addit: *Ali-
am vero tribui posse texui explicationem, indicant La-
tina nostra Vulgate verba, dum sculpturas sub labio ma-
ris fuisse testantur.* Lubrica ergo omnia sunt, quæ de
fulcro maris dixit, cum præsertim sine ratione saltet
ex hoc capite interseculat bobus & mari aliquod fulcrum,
ut sua figure hemisphericæ consuleret, quæ alioquin bo-
bus infidere non potuisset, quam vero examinata vi-
de in diss. II. §. 7.

§. 3. Est tamen Vir Clariss. HADR. RELANDVS,
qui ut ex parte jam dictum, mari & bobus interserit
מִכְנָה i. e. fulera. Verba ejus Antiqu. S. P. I. c. IV.
§. IX. sunt: *Sub hoc mari fuere* **סְפִוָּנוֹת**, *quo nomine*
*duplices fulcrum intelligimus, idque circulare . . . (inter-
iecta verba supra examinata) . . . ad firmiorem hujus basis*
constitutionem fabricatum : sub his fuleris **תְּהִרְתָּם**
constitutionem fabricatum : sub his fuleris **תְּהִרְתָּם**
(Jerem. LII. 20.) fuere 12. boves enci, &c. Ne supra di-
cta repetam, cum omnia tere redeant ad locum Jere-
miae, de eo saltem dicam. Verba Jerem. l. c. vi. 17. sunt:
אֶת עֲפֹרָן נְהֹשָׁת וְאֶת הַסְּבָכָה חַנְמָשָׁת
שְׁבָרָה

העומרים שנים ביום שבעו פשרם וכ' & v. 20.
 האחד והשני שנים עשר נחשת אשר תחת
 מכונת וגו'. In v. 17. ut facile est videre,
 nihil aliud notant, nisi illa FVLCRA LABRORVM,
 (non maris) quæ describuntur i. Reg. VII. 27. seqq. &
 hic a Chaldaeis fracta dicuntur; nam & hæc fulera fuisse
 abducta, ex supra dictis in memoriam licet revocare,
 ubi audivimus, in secundo Templo neque fuisse Mare,
 neque **מכונת bases**. Sed versum 20. varie concilia-
 re student Interpretes. Videas enim R. SALOMO-
 NEM illud **תחנה** explicantem per **אצל** quia boves
 collocati erant sub mari **אצל** **מכונת** **juxta illa ful-**
era s. bases i. Reg. VII. descripta: In Anglicis Adno-
 tationibus ad h. l. (a Cl. GATAKERO concinnatis)
מכונת explicari per inferiores maris partes, quæ quasi
bases sunt: alios Ellipsin statuentes, h. m. **boves qui e-**
rant subeer (scil. mare) & **bases**, &c. quo VATABLVS
 tendit, quem & R. KIMCHIVM sequitur GROTIUS:
 alios tandem, qui rei veritati proprius accedere visi,
 reddunt **loco rice**; & revera boves erant **loco ba-**
sium mari aneo. Placet hoc inde STRIGELIO, BVX-
 TORIO, atque nostro B. LVTHERO, referente POLO
 ad p. I. REYHERO item Math. Mos. Tit. XXXVIII. §. 12.
 p. 709. Sed quia antecedentibus sententiis plura, huic
 ultimæ autem hoc opponi posset, quod inter templi va-
 sa non boves, sed peculiares bases illæ laborum decem
 dicuntur **מכונות** vide, an sequens locum habeat expli-
 catio. Notum est, Regem ACHAS non solum mari
 aneo subtrahisse boves, sed & labris suas bases, conf. 2.

Reg. XVI. 17. quæ fulcra tanquam inutilia forte in angulum obscurum conjiciebantur, ubi fuere, donec Chaldaei abstulerunt. Quid igitur prohibet, quo minus Prophetæ h. l. dicat: *abstulerunt boves, qui sub bassibus illis jacebant.* Vnde ruit RELANDI explicatio. Add. quæ STVRMIVS p. 144. habet, his conscientia.

§. 4. Fulcrum alii quidem constituant sub mari, sed ejusdem cum bobus altitudinis, neque bobus insidens. Haudvero plane scio, an hoc trahendus sit IOSEPHVS, cuius fulcrum supra descriptum dedimus. Saltem verba ultima, quæ addit, nobis persuasere, ut hoc eum referri posse putaremus; ita enim ait: περιεισθησαν δὲ τοῖς αὐτὸν μύσχοι δώδεκα, πρὸς τὰ κλίματα τῶν τεσσαρέων ἀνέμων ἀποβλέποντες, καὶ ἐπαγόν αὐτῶν τέσσες, ἐπει τὰ ὄπιδια νενεκότες, ὡς αὐτοῖς ἐπικαθέεσται ἡμίσφαγοι, Circumstabant illam (spiram) boves duodecim, respicientes ad quatuor ventorum plagas, tres in quamcunque; intus posteriora vertentes, ita, ut mare ipsis incubuerit. Si vero fulcrum fuisset interpositum, dixisset, opinor, ita ut fulcrum ipsis incubuerit. Videat igitur LVNDIVS an objicere possit JOSEPHO: Ich sehe nicht/ wie es auf den 12. Ochsen wohl hätte stehen und ruhen können/ (intellige figuram hemispheriacam) Josephi Fuß willt nicht thun/ denn ist dieser Fuß rund gewesen/ von einer Ellen weit/ so hat er die Ochsen/ so gegen den 4. Winden stunden/ nicht einmal berühren/ ich geschweige/ drauff liegen können: Zudem ist ein so gros-

ses

ses Meer von 5. Ellen hoch / und oben 10. Ellen weit/
viel zu groß / daß es auf einen Fuß von einer Ellen
weit fest liegen sollte. (loco sape cit.) JOSEPHVS enim
hobus fulcrum illud insedisse expresse non adfirmsat, sed
mare iis incubuisse ait. Sequitur JOSEPHI descriptio-
nem κατὰ πόδα ANGLVS N. F. D. in diss. cit. qui suæ
figuræ inde etiam decus accedere obſervavit; scil. quia
inferiorem diametrum facit 20. cubitorum, & inter ter-
nos boves amplius quoddam ſpatium non relinquere
non potest.

¶ 5. Sed non immerito Autores conjeceſunt,
aliquid fulcro ſimile mari ſubjiciendum eſſe; abierunt
autem à vero uſu. Evidem aquam neque in mare
comportatam dixerim, neque per boum pedes adſcen-
diſſe; ſed per aliquem canalem adductam fuſſe multo
ſatius eſt adſerere, qui mari medio inſixus ab aliis per
fulcrum aut columnam maris expreſſus eſt, quia procul
dubio marmore, ut STVRMIVS ſentit, craſiore conſta-
bat. Sed hoc qualecunque fulcrum in verbis בָּאַמָּה
ſive מִכְוָנָה quare ferri vix potheſt; mari autem & bo-
bus interjicere uſu plane expers eſt. Sed quare ſcri-
ptura hoc non memorat? Credo ideo, quia forte ex ære
confectus ille canalis non erat; videmus enim uſque
ad v. 47. præter anea vafa nihil recenſeri: unde conji-
ci potheſt, ſcriptorem S. multitudinem æris conſignificare
voluiffe; hinc verſu 47. dicitur: non i[n]veſti[gari] potheſt
pondus æris illius. Ex dictis patet, LVNDIVM ideo ful-
crum omne rejecere non poſſe, qualiſine illo mare in-

fra quadratum potuerit commode quiescere : aliud enim intendi jam vidimus.

§. 6. Confecto fulero seu potius canali maris, ipsos boves inspicere jam licebit. Offerunt se eorum altitudo, statio, capacitas & officium consideranda. Quæ adgredi ante non possumus, quam mirati fuerimus illorum quandam zelum, quo ob boves confectionis SALOMO idololatriæ in simulatur. Factum id videmus à Magno GROTIO : *Hoc inquit, contra Legem erat, ideoque Iosephus & Ebrei hinc initium sumunt culparum Salomonis.* Sed torte scire noluit, præceptum de non faciendis simulacris respicere tantum cultum illis non exhibendum. Vnde frustra addit : *Alii conjectant, intercessisse iussum Dei, qui supra legem est.* Si enim fuit Idololatria, Deus indulgere non potuit. Notatus propterea a Celeb. CALOVIO in Bibl. illustr. ad hunc locum. DEYLINGIO in obs. S. P. i. obs. XV. §. XI. p. 68.

§. 7. Boum illorum altitudinem communiter Autores determininare solent ex EVPOLEMI descriptione, quæ apud EVSEBIVM reperitur, & ita de Bobus habet: ποῖσα δὲ καὶ τὰς βάσεις τὰ λεπτά τοὺς κώνους δώδεκα, καὶ τῷ ὑψει ἀνδρομήκεις καὶ σῆμα εἰς ὑστέρη μέγες ὑπὸ τὸν λεπτά, εἰς δέξιῶν τὰ θυσιαστεῖς, Fecit autem & bases labri tornatas conflatas duodecim, & altitudine ad hominis staturam adfertentes ; Collocavitque, (ens) a posteriori parte sub labro, a dextris altaris. Se-
quuntur

qvuntur VILLALPANDVS , ANGLVS &c. Nec derigari potest assensus, licet verum sit, EVPOLEMVM sine certitudine ita putasse conveniens ; in quo adquiescimus, nisi cum cel. STVRMIO p. 3. quis altitudinem bonum $\frac{3}{2}$ cubitorum putet, quod forte EVPOLEMO non contrariatur, cum non omnes homines sint 4. cubitorum.

§. 8. *Statio Boum*, silentे textū, specialius determinari non potest : Quia tamen dicitur, ternos respxisse ad peculiarem plagam, credibile est, ternos a terrenis aliquo spatio suis distinctos, quo præcise, & quanto, dici nequit, magno admodum non puto. ANGLVS N. F. D. *Boves inter se distare supposuit circulē parte decima sexta: inter boves autem ternos quoscunque duplam intercedere distantiam.* Sed licet haec accommodarit suæ hemisphaeroidicæ figuræ, 20. cubitorum diametro, ubi bobus insidet, gaudenti ; quo minus tamen ad aliam transferri possit figuram infra rotundam, nullus dubito. Præstare enim patò, dilatare boum interstitia, ut inter illa aqua superior sine impedimento defluere possit. Nolim tamen æqualibus intervallis reliquis, singulos collocatos, sine discrimine facto inter ternos ; licet STVRMIVS p. 34. ex nautica arte excusari posse dixerit, quasi nihilominus terni ad unam respexerint plagam, cum inter plagas cardinales quatuor mediae, scil. ortus & occasus æstivus, ortus & occasus hybernius constituta sint, circuloque in 12. partes æquales diviso,

si 3. ad quamvis plagam referas, pars inter 3. & 3. interjecta ad plagam intercardinalem pertineat, & boves inter partes intercardinales constituti certam suam respiciant plagam. Magis, inquam placet, majus aliquod spatium relinquere inter boves ternos, quia id textui convenientius. Vereor vero, ne nimium fiat spatium, bovesque coarctentur singuli, si circulo in 20. partes ut STVRMVS dicit p. 35. diviso, puncta 20. i. 2. v. g. bo- bus aquilonaribus, 5. 6. 7. orientalibus, 10. 11. 12. australi- bus, tandemque 15. 16. 17. occidentalibus tribuantur. LVNDIVS lateribus suis decemcubitalibus æquali di- stantia boves subjicere posset, si figura ejus esset vera. Sed JOSEPHVS, VILLALPANDVS & alii, qui mare he- misphæricum, vel simile statuunt *in angustum* (verba ANGLI in præfat. dicitur laud.) cogunt duodecim boves, — ut necesse sit eorum possicas partes simul confusas & im- plicitas esse, monstrunque unicum ex duodecim bobus emergere. Retineri potest, ut dixi, ordo ANGLI, cir- culo in 16. partes diviso, & dupli parti post boves ter- nos relicta. Vel, si mavis, utere distributione sequenti. Circulum divide in 32. partes æquales; duodecim boum tergis duodecim tribue partes; una parte distare fac bo- vem a bove, ita occupabuntur octo partes; sed ternis in- teriecte spatium 3. partium; quod quater repetitum cum viginti partibus dictis 32. datas æquabit. Manifestum concedere singulis boibus intersitum, quam vel 16. AN- GLI

GLI, vel ²⁰ STVRMII ; contra vero ³² (spatium interiectum inter ternos) minus efficere intervallum, quam STVRMII ²⁰ aut ANGLI ¹⁶. Et illa consultiora puto.

§. 9. De capacitate Boum solliciti non sunt, qui cavos illos fuisse negant. MENOCHIVS ejus fuit sententia, cui *boves illi solidi videntur, ut tanto ponderi ferendo, maris scilicet & aquarum pares esse possent.* Sed nulla ei de hoc oboriri debebat sollicitudo, si perpendisset, duodecim boves licet cavos, quorum tamen dorsa tornicata palmi crassitie durissimi aris gaudebant, pares esse maximo ponderi ferendo. Nec credibile est, solidi aris fuisse, cum, qua REYHERI ratio est Math. Mos. p. 709. *columnae quoque aenea intus cava fuerint, Jerem. LII, 21.* quibus & modum fundendi subjungit. Non potui, quin in hoc REYHERI, MELII, STVRMII arriperem sententiam, (1.) quia vero simillimum, boves emisisse aquam, pedibus sacerdotum lavandis, uti capitella manibus ; imo fere certum crediderim, cum decem Templi labra ex mari aqua fuerint replenda, quod ea de causa consensum fuisse, probabile non est ; capitella autem aquam parcius emiserunt. Sed aquarum emissioni requirebatur cavitas Boum, in quam ex concha per tubulos dorsis infixos descendere aqua debebat. (2.) Quia in recensione batorum 2000. & 3000. textus alter, qui proprietione addit, innuere videtur, aliquam certorum batorum COLLECTIONEM, qua si fiat, 3000. batos inventari.

niri. Nescio vero, ubi prater concham aliquid batōrum querendum sit ad mare aliquo modo pertinens, nisi in bobus excavatis. Videbimus igitur, quid nostri capere potuerint boves. Ad methodum STVRMII boum corpora distinguenda erunt in cylindros: malo vero parallelepipedā calculi causa. Illa ne magnitudini quid addant, quādam spatia, ubi boves esse solent tenuiores e. g. dorsum non addidi, ut quod parallelepipedum adderet excessu, hic defectu detrahatur. Super est tamen satis spatii, quod vacuum a fig. 2. replebit. Forte non sine ratione illius parallelepipedī longitudinem b c, à REYHERO peteres, qui §. 14. p. 709. *Semidiāmeter, ait, maris fuit V. cubitorum, cuius dimidium incubuit tergis boum, qui posteriora non contigua, sed saltu ad centrum conversa habuisse dicuntur.* Ergo probabilitē dicere possumus, ad minimum illa simulacra habuisse longitudinem a capite ad radicem caude V. cubitorum. Bovis autem robusti altitudinem ad dorsum ab imo ventre esse $\frac{1}{2}$ cubitorum, sive (quia REYHERVS 6. palmorum facit cubitum) 10. palmorum puto, si longitudo est 30. palmorum: Inde parallelepipedon forte tale evadet, quale in fig. 2. hujus diss. adparet, bove per medium dissesto. Ejusmodi parallelepipedon si digitis cubicis sit describendum, continebit 192000. digg. cub. uti secundum stereometriæ regulas procedenti patet ad oculum. Cum vero, ut haec anticipem, duodecim bobus cedere debeant bati 1000. maris autem 2000. bati ex deductione in prima diss. facta, conficiant 7168084. digg. cub. (certam enim

enim credo illam batu magnitudinem, quam ex data
maris figura, ni fallor, vera, vera item eruta cubiti ma-
gnitudine elicui ex 3584042. digitis cubicis, 1000. batos
æquantibus uni bovi cedunt 298670 $\frac{1}{6}$ digg. cub. qui
192000. digg. cub. parallelep. dati longe superant, tan-
tum abeunt, ut illos æquent. Quo posito datam boum
magnitudinem retinere non possumus, determinandum
que erit aliquod parallelepipedum, proportione æquale
modo dato, i. e. cuius longitudo sit tripla, latitudinis &
altitudinis, sed 298670. digg. cub. capiendis sufficiens.
Operatio hæc erit: qværendus est numerus, qui cum sui
terta parte (latitudine) multiplicatus, producat aream,
qua in eandem partem tertiam (sive altitudinem) ducta
æquet partes cubicas 298670. Algebrae igitur ductu nu-
merus ignotus x per sui partem tertiam x^3 multipli-
catus producit xx qvod in idem x ductum relinquit xxx
 $= 298670.$ Operatione modo conferto paraæta erit
 $xxx = 2688930$ i. e. extracta radice cubica $x = 140.$
quam proxime, non exacte. Nam 140. digg. basos pa-
rallelep. longitudo in $46 \frac{2}{3}$ (partem tertiam) ducta pro-
ducunt aream, qua in eandem partem tertiam multiplicata
299060. digg. cub. efficit, quod nimium est: Sed
ex 139. si ita procedas adipisceris 295855. quod minus est:
unde patet, numerum inter 139. & 140. esse longitudi-
nem parallelep. in digitis. Ex quo obserbare licet, bo-
ves illos communibus fuisse aliquanto majores, ut tan-
ta moli responderent; vel fuisse ad speciem taurorum

nobiliorum, quibus Palæstina gaudebat, efficios. Nec adeo V. cubiti REYHERI pro longitudine sufficiunt, cubito scil. sex palmos habente: sufficiunt vero calculo nostro, cubito videlicet sacro, cuius V. efficiunt 35. palmos i.e. 140. præcise digitos, quot hic requiruntur; sed manifestum est, addendam insuper boum crassitatem unius palmi. Qui comparationem instituet inter nostrum parallelepipedum & STVRMII Cylindrum, comperietur, excessum calculi a nobis neutriquam commissum. Vnius cylindri Sturmiani capedo est 184166. vel, si ex datis operatis scil. latitudine 40. & longitudine cylindri 140. poll. 176000. pollicum, (quam discrepantiam nescio, quomodo tollet) jam si tot, scil. 176000. pollicum (si enim hisce parallelepipedum nostrum majus non est, neque 184166. poll. erit major) velis constituere aliquod parallelepipedon, cuius longitudo latitudinem s. altit. ter supereret, eodem modo procedendum erit, quo dixi, ut $\frac{9}{40} = 176000.$ poll. constituantur, quo facto erues pro latere longitudinis 116. poll. qui efficiunt 174. digg. nos autem tantum 140. digg. supposuimus. Habemus ergo, quod tanquam superfluum boum crassitiei largiri possumus, retenta tamen justa boum magnitudine. Hoc, inquam, pacto parallelepipedo delineato, omnium boum capedo erit 3584042. digg. cub. Non est, quod mireris latitudinem eandem factam cum altitudine, cum tamen supra singulis boum tergis 32. dam tantum circuli 30. cubitorum partem tribuerimus: quod enim, ut jam dictum hic additur, illud alibi detrahitur, uti ex schemate patet. Nec est,

est, quod objicias, hoc modo facile boum determinare
capacitatem, si batis, quos velis, boves, non bobus
batos accommodes; respondeo enim, sufficere nobis, si
ostenderimus, batorum 1000. spaciū non esse nimium
cavitati boum duodecim speciei majoris. Aliter proce-
dendum esset, si quoddam magnitudinis boum vesti-
gium ē texu erui posset, quod à priori ductum dicere
liceret: sed hoc deficit. Cedebat igitur uni bovi copia
aquarum, 83 $\frac{1}{2}$ batos exhauiens, hi enim per digg. 3584.
quantum uni bato obs. IV. diff. I. §. 6. dedimus, multi-
plicati, proxime dabunt numerum 298670.

§. 10. Officium boum ex dictis constat duplex,
primum, ut mare sustineant, secundum, ut aquam pro-
mittant; si addere quid vellem, repetenda essent, que-
jam dicta sunt, à quo abstineo, bovesque mitto.

OBSERV. III.

De

CUPA MARI SVBIECTA.

Bobus duodecim aliquod stratum subjectum fuisse,
non negaverim; quare quoddam æquans cubiti
altitudinem litteris g g in schem. diff. I. expressum
conspicere licebit; utut scriptura taceat: id quod fa-
ctum videtur, quod ex ære consecutum illud non fue-
rit. F 2. §. 2. De

§. 2. De Cupa itidem si quid dicere velimus, dividando debemus assequi. Tacetur à Scriptura, ex modo allegata ratione; nam voce ή eam non innui in diss. II. §. 10. diximus. Ejus itaque materia ex sententia Cel. STVRMII marmori forte proxima erat, p. 141. VILLALPANDVS *pollubrum* vocat, cui gradus adjungit, per quos sacerdotes adscenderint. Hanc, ni fallor, EVPOLEMVS hisce verbis innuit: ποῖος δὲ ἐπὶ αὐτῷ σεφανν, πέρι τὴν βάσιν, ἔξω ὑπερέχουσαν πῆχυν ἔνα, πέρι τὸ τέλος τέρπει τὸ πόδας προσκλύζειν, καὶ τὰς χεῖρας νηστεῖαι ἐπιβαλλοντας: Fecit quoque ad ipsum coronam versus basin, exterius supereminentem cubitum unum, ut sacerdotes pedes abluerent & manus lavarent conscientes. In quibus *Anglus* legit ναὶ αὐτῷ pro ἐπὶ αὐτῷ quia hanc coronam non credit fuisse supra mare: quod verum est; sed donec fiamus corruptionis certiores, vertimus, ad ipsum. Sed verbis ὑπερέχουσαν πῆχυν altitudinem concipio, quam litteris hī expressam videbis.


571


§. 3. Cupae magnitudinem determinabimus, quando de atrii dispositione & maris symmetria cum reliquis templi vasibus, dictum fuerit in sequentibus. Num quedam ornamenta, aut aliae partes cupae fuerint adiunctae; num e. g. gradus additi, an, quod STVRMIVS putat, ē quovis latere medio declive pavimentum in cupa fundum descenderit, ut labra ænea vesticilia proprius intra cupam ad boves accedere, & aquam ex eorum orbibus commode excipere possent, eadem facilitate neges, qua-

qua dicuntur ; præsertim quod ultimum adiniet. Nam
 labra à bobus immediate excipere potuisse aquam, fere
 frustra dicitur. Conferatur modo laborum descriptio :
 dicitur i. Reg. VII. 27. *basis quavis 3. cubitos alta ; rota,*
quibus rebabantur, singula 1½ cub. alta v. 32. ergo basin
 ipsam rota evehet ad $3\frac{3}{4}$ cubitorum altitudinem ;
 (nam dimidium altitudinis rotæ, si assequor, accedit
 ipsi basi ;) *Labrum denique basi impositum 4. cubitorum*
 dicitur v. 38. quos altitudini attribuendos non opinor,
 sed diametro : ita suprema diameter latitudinem basi-
 um subjectarum æquabat ; at hoc modo ex proportione
 Salomonis usitata profunditas labri credenda 2. cubitorum,
 quanta scil. semidiameter. Sic vero totius labri com-
 plices mole adscendet à terra planicie ad altitudinem $5\frac{1}{4}$
 cubitorum ; Vide ergo, quomodo ejusmodi labrum po-
 tuerit excipere aquam ex bove, cuius ipse STVRMIVS
 altitudinem tantum $3\frac{2}{3}$ cub. efficit. Sane non defendes
 hoc cupæ profunditate, in quam demissa labra altitudi-
 nem boum non aquarint : Illud enim si dicas, profun-
 ditas cupæ ad minimum $2\frac{1}{2}$ cubitos æquasse dicenda est ;
 nam alioqui labra alta $5\frac{3}{4}$ cub. ex bobus $3\frac{2}{3}$ cub. altis a-
 quam excipere non potuerit. Sed illa profunditas pro-
 babilis non est : quantum enim fuisset labor, demittere
 labra, & ex profundo rursus ertrahere ? Pavimentum
 declive, quod statui potest, hic rei non consultit, decli-
 vius namque fuisset, quam ut labra vectilia sine maxima
 opera extrahi potuissent ; cum latum spatiū illi decli-
 vitati non concedatur, ob cupæ ab extremo usque ad
 boum

boum stationem angustiam. Forte & periculum fuisset, ne sacerdotes lavaturi, sedentes (ut vult STVRMIVS) in cupa ex improviso in profundum prociderent, & in aqua 3. fere cubitos alta nisi submergerentur, saltē supra modum madeficent: licet huic ex aquae decursu responderi possit. Sed quid multa, ipse ni fallor STVRMIVS p. 141. Sacerdotes sedentes in cupa margine pedibus fundum cupa adtingere potuisse concedit. Quibus ita se habentibus, nunquam dici posse credo, labrabobus admota, ex ipsis bobus excepsisse aquam: dicendum ergo aqua instrumentis haustoriis ex bobus accepta labra fuisse repleta. Deinde sessioni lavandorum sacerdotum forte contrariarentur Rabbinorum scita, quæ lotionem stando suscipiendam præcipiunt. Sed quia illorum forte nulla esset autoritas, hisce supercedemus. conf. *Lundius* l. c. Hisce vero me implevisse opinor modum dissertationis.

S. D. G.





01 A 6633




3

5b.

KD 78
DA



B.I.G.



Farbkarte #13

